# Band I., Nr. 222, Seite 263-265

*Bischof Gebhard von Regensburg verwandelt die Pfarrkirche zu Öhringen in ein Kanonikatstift und stattet sie mit vielen Gütern an genannten Orten aus.*

## Würzburg, 1037. August 17.

(Chr.) In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit omnibus, tam futuri quam presentis temporis Christi fidelibus, quod ego Gebehardus, dei gratia Ratisponensis episcopus, matris meę Adelheidis iustis petitionibus votisque piis et divina inspiratione conconceptis annuens desideriis, in ęcclesia prius parrochiana in villa Oringowe, quam ego et ipsa iure propinquitatis a pię memorię Sigefrido et Eberhardo atque Hermanno, comitibus, qui novissimam inibi prestolantur tubam, cum aliis eorum possessionibus hereditavimus, congregationem kanonicorum institui, et ad subsidia eorum deputatis prediis et facultatibus ipsius ęcclesię, quibus vel primitus constructa fuerat, vel iam dicti comites cognati mei eam locupletaverant, hec ex matris meę prediis et meis superaddens: quatuor videlicet villas, quę sunt Orenburc, Phalbach, Eichehe, Ernsbach, cum aliis subscriptis allodiis, libera et legitima donatione contradidi, cum omnibus scilicet appenditiis, hoc est, mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, terris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus, reditibus, viis, inviis, quesitis et inquirendis, omnique utilitate quę exinde provenire poterit, eo etiam ordine, ut, sicut ego et parentes mei liberam inde potestatem habuimus, sic etiam predicti kanonici liberam habeant potestatem tenendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel quicquid eis pro utilitate ęcclesię placuerit, faciendi. Concambium etiam quod predictus comes Hermannus fecit cum venerabili Meinhardo, Wirziburgensi episcopo, consensu totius cleri et familię sancti Kyliani, dans ei pro duabus partibus decimę sepe dictę Oringowensis ęcclesię, que predecessorum suorum et ipsius eatenus iuri cesserat, terciam partem semper habente parrochiano, dimidiam villam Bocchingen, cum vinea ibidem sita, et duabus hobis in Sulcibach, et aliis duabus hobis in Heiligbrunen, et XV mancipia utriusque sexus, ut in perpetuum ratum sit et firmum, auctoritate mea corroboravi, admonens prepositum loci et kanonicos, ut ex ipsa decima episcopis Wirziburgensibus et eorum legatis solitum servitium persolvendum meminerint. Burchardum vero, comitem de Kamburc, predicto loco advocatum designavi, atque ut strennuus et studiosus creditę sibi potestatis executor existeret, scilicet in adversis ęcclesiam

defensando, propugnando, rebelles inhibendo, murum se ex adverso opponendo, in prosperis vero blandiendo, fovendo, subveniendo, clericis serenum sese ingerendo, atque ut ipsos vel res eorum, sive colonos nulla petitionum vel exactionum importunitate, vel hospitandi molestia gravaret – hac, inquam, de causa concessi ei et successoribus suis in beneficium dimidiam villam Halle, cum omnibus appenditiis suis, et in villa Oringowe decem talenta illius monetę. Qui, si, quod absit, insolens effectus, ęcclesię invasor esse ceperit, et huic beneficentię nostrę provisioni hostiliter contraierit, ab episcopo Ratisponensi mox collatę dignitatis munere privetur, et alius, qui dignus sit, kanonicis eligentibus, ab eodem episcopo cum predicto beneficio eius potestate vel honore insignitus, fungatur. Hec sunt autem loca in quibus predia a me vel a prefatis ingenuis viris sepe dictę ęcclesię tradita et huic kanonicę a me deputata sita sunt: in Oringowe II dotales hobę et IIII non dotales, dimidietas villę quę dicitur Bretesfelt, Granzesheim[1] totum, Burchardeswisen totum, Ellenhouen dimidium, Wilare dimidium, in Suabbach II hobę, in Erlebach[2] parrochia et VIIII hobę, in duabus villis quę ambę dicuntur Brezzingin[3] II hobę et dimidia, in Selebach[4] III hobę, in Bergeheim[5] dimidia hoba, in Halle inferiori I hoba et due areę, in superiori autem V areę, in Grůnden[6] I hoba, in Phadelbach et Mazzalterbach[7] et Ettebach[8] et Selebach et Halle inferiori, in his quinque locis XXX hobę, Hohenstegen[9], Ruggartehusen ex toto, in duobus locis, qui dicuntur Westernbach IIII hobę, in Sinderingon qualia Ezzo habuit in vineis et in agris. Decimatio etiam omnium villarum in silva quę Orinwalt dicitur constitutarum et adhuc constituendarum. Timens vero, ne divinum servitium in eodem loco penitus cessaret, si kanonica illa heredum meorum iuri proveniret, ecclesiam ipsam cum omnibus ad se pertinentibus ad altare sancti Petri apostoli Regenesburc in proprium tradidi, ea conditione, qua-

[1]Grantschen, Weinsberg, HN.

[2]Baumerlenbach, Öhringen, KÜN, vgl. Johann Christian Wibel: Hohenlohische Kyrchen- und Reformations-Historie: aus bewährten Urkunden und Schriften verfasset, und nebst einem Vorbericht von der Graffschaft Hohenlohe überhaupt, 4 Bde., Ansbach 1752-55, Bd. 4, S. 49.

[3]Gschlachtenbretzingen und Rauhenbretzingen, beide Michelbach an der Bilz, SHA.

[4]Unter- bzw. Obersöllbach, Neuenstein, KÜN.

[5]Bergeheim, Pfedelbach, KÜN, W; vielleicht identisch mit dem im 17. Jh. genannten Hof *im Beckinger* auf der sog. Beckemer Ebene, vgl. Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Beschreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. 4, S. 240.

[6]*Grunden*, unermittelt.

[7]Ober- bzw. Untermaßholderbach, Öhringen, KÜN.

[8]Ober- bzw. Untereppach, Neuenstein, KÜN.

[9]Vielleicht Stegmühle, Kupferzell, KÜN, oder auch Stegmühle, Pfedelbach, KÜN.

tinus episcopus locum ipsum cum omnibus rebus suis ab omni infestatione defendat, et res eiusdem aecclesię ad nullos alios usus quam ad utilitatem deo ibidem servientium provenire permittat, nec ipse inde sibi quicquam iuris aut servitii exigat, aut alicui in beneficium tribuat, excepto quod prepositum, a saniori parte ipsius congregationis electum, ei investire liceat. Huius rei testes sunt: Boppo, comes de Heninberc. Hugo, comes de Creginecka[10]. Adelbertus, comes de Kalewa. Boppo, comes de Loufen. Eberhardus, comes de Ingeresheim. Burchardus, comes de Kamburc. De ministerialibus etiam sancti Petri et sancti Kyliani, Algerus. Adelhardus. Hartwigus. Růpertus. Gumpoldus. Gotescalkus. V̊dalricus. Buggo. Hawardus. Wernherus. Adelbertus. Cůnradus. Sigehardus. Heroldus. Billungus. Kadelhohus. Sigefridus. Dietmarus. Sige. Baldewinus. et alii multi clericorum et laicorum. Si quis autem, quod absit, hoc nostrę constitutionis privilegium infringere temptaverit, iram dei omnipotentis incurrat, et ęternę damnationi subiaceat. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem kartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri curavimus. Data Wirziburc, XVI. kalendas Septembris, anno dominicę incarnationis MXXXVII., indictione V., anno vero imperii domni Cůnradi imperatoris XII., qui et filii eius Heinrici, ex quo rex factus est, XII$^{mus}$ est. *(Siegel).*

—

Der Textabdruck folgt einem Vergleich mit dem Original.<br> <br> Aufgedrücktes Siegel, Umschrift in ungewöhnlicher Wortfolge: GRatiA DeI. GEBEHARDVS. RATISPONENSIS EPiscopuS.

[10]Kräheneck (Ruine), Pforzheim, PF, W.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HZA Neuenstein

**Signatur/Titel des Originals:**

GA 10 Schubl. 2 Nr. 1

**Überlieferung und Textkritik:**

Ehemals im Fürstlich-Hohenlohischen Archiv in Öhringen.

**Editionen:**

Martin Mager von Schönberg: De advocatia armata, sive clientelari patronorum iure et potestate clientumque officio, vulgo Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit dicto, in & extra Romano-Germanicum imperium, moribus priscis & hodiernis recepto, tractatu, S. 150, Sp. 2. Johann Christian Lünig: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 22, S. 327. Samuel Wilhelm Oetter (Hrsg.): Historische Bibliotheck: darin allerhand Aufsätze aus allen Theilen der historischen Wissenschaften mitgetheilt werden, 2 Bde., Nürnberg 1752-53, Bd. 1, S. 153. Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 8, Nr. 7. Christian Ernst Hanselmann: Diplomatischer Beweiß, dass dem Hause Hohenlohe die Landes-Hoheit, mit denen zu selbiger gehörigen Rechten [...] schon lang vorher zugestanden und in ruhiger Übung zugekommen [...], mit einem Anhang [...] alten Diplomatum und b, Bd. 1, Anhang, S. 364, Nr. 2, und Bd. 2, unter den Beilagen S. 18, sowie bei demselben Bd. 1, Anhang S. 581, Lit. A ein *Faksimile* der ganzen Urkunde.

**Regesten:**

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 5, S. 2, Nr. 7.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Würzburg

**Ortsindex:**

Baumerlenbach Wohnplatz (2561)<br> Baumerlenbach, Öhringen, KÜN<br> Bergeheim Wüstung (22017)<br> Bergeheim, Pfedelbach, KÜN, W<br> Bretzfeld Wohnplatz (2350)<br> Bretzfeld, KÜN<br> Burkhardswiesen Wüstung (21834)<br> Burkhardswiesen Wüstung (25593)<br> Burkhardswiesen, Ellhofen, HN, W<br> Burkhardswiesen, Weinsberg, HN, W<br> Böckingen Wohnplatz (1771)<br> Böckingen, Heilbronn, HN<br> Calw Wohnplatz (6981)<br> Calw, CW<br> Comburg Wohnplatz (3320)<br> Comburg, Schwäbisch Hall, SHA<br> Dillweißenstein : Pforzheim PF (Wohnplatz)<br> Dillweißenstein : Pforzheim PF (Wohnplatz)<br> Dillweißenstein Wohnplatz (6702)<br> Eichach Wohnplatz (2699)<br> Eichach, Zweiflingen, KÜN<br> Ellhofen Wohnplatz (1911)<br> Ellhofen, HN<br> Ernsbach Wohnplatz (2378)<br> Ernsbach, Forchtenberg, KÜN<br> Grantschen Wohnplatz (2233)<br> Grantschen, Weinsberg, HN<br> Grunden<br> Gschlachtenbretzingen Wohnplatz (3079)<br> Gschlachtenbretzingen, Michelbach an der Bilz, SHA<br> Heilbronn Wohnplatz (1773)<br> Heilbronn, HN<br> Henneberg, SM<br> Lauffen am Neckar Wohnplatz (2024)<br> Lauffen am Neckar, HN<br> Niedernhall Wohnplatz (2557)<br> Niedernhall, KÜN<br> Obereppach Wohnplatz (2542)<br> Obereppach, Neuenstein, KÜN<br> Obermaßholderbach Wohnplatz (2575)<br> Obermaßholderbach, Öhringen, KÜN<br> Obersöllbach Wohnplatz (2543)<br> Obersöllbach, Neuenstein, KÜN<br> Ohrnberg Wohnplatz (2577)<br> Ohrnberg, Öhringen, KÜN<br> Pfahlbach Wohnplatz (2703)<br> Pfahlbach, Zweiflingen, KÜN<br> Pfedelbach Wohnplatz (2623)<br> Pfedelbach, KÜN<br> Rauhenbretzingen Wohnplatz (3087)<br> Rauhenbretzingen, Michelbach an der Bilz, SHA<br> Regensburg, R<br> Rückertshausen Wüstung (25633)<br> Rückertshausen, Öhringen, KÜN, W<br> Schwabbach Wohnplatz (2359)<br> Schwabbach, Bretzfeld, KÜN<br> Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)<br> Schwäbisch Hall, SHA<br> Sindringen Wohnplatz (2392)<br> Sindringen, Forchtenberg, KÜN<br> Stegmühle Wohnplatz (2486)<br> Stegmühle Wohnplatz (2629)<br> Stegmühle, Kupferzell, KÜN<br> Stegmühle, Pfedelbach, KÜN<br> Sülzbach Wohnplatz (2315)<br> Sülzbach, Obersulm, HN<br> Untereppach Wohnplatz (2549)<br> Untereppach, Neuenstein, KÜN<br> Untermaßholderbach Wohnplatz (2584)<br> Untermaßholderbach, Öhringen, KÜN<br> Untersöllbach Wohnplatz (2586)<br> Untersöllbach, Öhringen, KÜN<br> Weiler bei Weinsberg Wohnplatz (2317)<br> Weiler bei Weinsberg, Obersulm, HN<br> Westernbach Wohnplatz (2705)<br> Westernbach, Zweiflingen, KÜN<br> Würzburg, WÜ<br> Öhringen Wohnplatz (2576)<br>

VI

Öhringen, KÜN